

mus hic prolixus August. in Gen. 10. 21. explicationem quam
 l. 16. de C. D. c. 3. proponit: *Unde incipiunt commemorari filii Sem, habet quiddam obscuritatis, quod expositione illustrandum est, quia & multum ad rem pertinet quam requirimus.* Sic enim legitur: *& Sem natus est etiam ipsi patri omnium filiorum Eber fratri Japhet majori. Ordo verborum est: Et Sem natus est Heber, etiam ipsi, i. e. ipsi Sem natus est Heber: qui Sem pater est omnium filiorum.* Etenim hujus expositionis falsitas primo etiam intuitu nemini non est aperta, nam vice plus simplici in fontes peccat; quod malumus verbis B. Weimari contra Malvendam, h. m. verba convertentem: *Et ipsi Sem natus est etiam ipse, qui fuit pater omnium filiorum, Heber;* disputantis in usu accent. p. 64. quam nostris ediscerere. Non uno modo (scribit ille) erratum est in fontes divinos: (1.) *– rex major bac interpretatione major esset ipso – vice Imperatore, contra Axioma 4.* (2.) *üneoli Maccaph, que vices accentus servi inter voces constructas gerit fieret distinctivus, contra Axiom. 1. & 6.* (3.) *præter necessitatem statuendum esset, quod aut vocabulum בָנִי in statu regiminis positum in absoluto stare, aut aliud novum subintelligi, aut עבר adbuc repeti deberet.* Denique (4.) ultima bujus versus verba iterum respicerent subjectum Sem, de quo prædicatur, quod sit frater Japheti majoris; *& עבר acciperet – qui ex sua consecutione plane alios in vocibus antecedentibus poneret accentus.* Sane D. Seb. Schm. hic locus noster haud leviter exercuit, prouti ex ejus annot. posthum. satis apparet, ubi sequentem in modum differit: *Quod dicitur Schemus fuit filius centum annorum, & genuit Arphachsdum, non ita accipendum est, quasi statim cum 100. haberet annos, genuerit Noachus, (lege Semus) Arphachsdum*